

intellige, quo ad dominos tantum, qui laborant super rebus suis, de quo labore abstineri non possunt, sine suo dano: quo verò ad ceteros, secundū Papam Eugenium IIII. omnes opifices, qui salario conducuntur, pro suis laboribus, siue pauperes, siue diuites fuerint, ab obligatione ieiunij exempti sunt: quod prius uilegium, non tantum est speciale, ut sentit Siluester, quin potius, si iuriis communis declaratio, ait Nauarus.

Quinto, quo ad impotentes, excusantur similiter, & pregnantes, & lactantes, si debilitas eas impedit; & tales esse possunt, ut peccarent aliter faciendo, ob periculum abortus, & infantium fraudem: si autem sunt ruficæ, & potentes in una refectione, ita sufficienter comedere, ut de eis non sit dubitandum, non video, cur erunt exemptæ, ait Caetanus. Excusantur etiam uxores, quando importuntur a maritis; quod intellige, si ipsi non parerent, sequerentur iurgia, rixæ, blasphemie, verbera, & similia scandala, possunt tamen cum licentia sui ferdotis conscientiam serenare. Sexto, quo ad maius bonum excusantur concionatores, lectors, scriptores, & studentes pro officijs publicis, si quando ex officio ad hanc refecti, vel ex mandato superioris id faciant, si non auctem ex propria uoluntate, non excusantur, nisi id, pro quo laborant, sit maius bonum, ut sunt opera misericordiae corporalia, & spiritualia, & non esset alius, qui hac faceret, nec solum hoc sufficit, nam si eligenter hoc maius bonum facere principaliter, ut a ieiunio se excusat, aut aliqua mercede, non excusatur, ait Siluester, & Nauar. secus autem si principaliter, ob charitatem, & secundario, propter alias causas, induceretur. Qui vires tales habent, vel impedi-

*Impotentes
excusantur
& pragan-
tes.*

*Uxores im-
portunata
a maritis,
excusantur.
Concionato-
res, lectors,
scriptores.
E studen-
tes.*

menta talia, ut totam quadragesimam ieiunam non possint, tenentur saltē ieiunare ter in hebdomada, vel plus, vel minus, pro vt cognolunt, se posse ferre: & ita præceptum adimplent: quod enim excusat a parte, non excusat a toto. Quo verò id elum ciborum veteriorum, dico, soli infirmi, in lecto decubantes, decrepiti, & infantes, carnis, & lacticinijs, in diebus ieiuniorum, uti possunt: ceteri verò qui aliquam iustam causam habent, hoc facere non possunt, si ne licentia vtriusque medici, scilicet corporalis, & spiritualis. Ne putes dispensationem medici spiritualis tibi suffragari, si fides medicis temporalis verum non exposuerit, sed mendicato fauore impetrata, aut alio falso intuito procurata. Medicus spiritualis Regularibus, est sius Prælator, secularibus, est sius Episcopus, vel curatus, vbi non est Episcopus, uel Vicarius, & quando ad eos accessus haberi non potest, erit sius Parochus, uel confessarius. Dico amplius, quamvis dispensatio sit legitimè impetrata, si postea ad talenti dispositio nem uenerit, ut commode, & sine periculo, posset uesti & subfentari cibis ieiunio soliti, a carnis, & ouis abstinere debet, alias mortaliter peccat. Item si propter infirmitatem, Quadragesimam uiolauerit, si postea, ita conualuerit, ut ieiunare posset, uel saltē a carnis abstinere, reliquum Quadragesimæ tempus obseruare tenetur, ait D. Ant. part. 2. tit. 7. c. 2. cui adhæret Nauar. quo supra. Vnde dispensationes Prælatorum debent fieri, cum hac referuatione scilicet (donec necessitas durat) ut Neapolii obseruantur.

Quoglitur, an frangens ieiunium, toties peccat, quoties illud fregerit? Respōderetur. Cum in ieiunio tria prohibeantur, ut dictum est supra, scilicet elus carni, lacticiniorumque, cena plusquam femel in die, & horæ anticipatio, non vnicare sponsione huic quæsto latissimi potest; ideo dico, si quis ieiunium fregerit, per cibi uestiti sumptuinem, toties peccat, quoties, vna die, res prohibitas comedit, & quadragesima, toties de novo peccat, quoties toto tempore quadragesima, cibos prohibitos sumperferit: si autem frangatur pluribus eonis, uel per horæ anticipationem, non erunt noua peccata, nouos sumere cibos, eadem die ratio diuerfitatis, ut ait Caetanus. 2.2. q. 147. art. 8. est; nam carnium prohibito,

*Excusati
at ieiunio
quid come-
dere debet.
Dispensatio
in ieiunio
quando non
valeret.
Quis dispen-
sat in ieiun-
io.*

*Et
Dubium.
Frangens
ieiunium
quoties pee-
cat.*